

Ibid. 7. 16. & 15. 15.

gnoscant te solum Deum verum. Similiter dixit ibid. cap. 7. 16. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Nota facta sunt discipulis, quæcumque à Patre audita: cap. 15. 15. quia non potest filius à se facere quicquam: uti dicitur ibid. cap. 5. 19. En tota propugnacula antiquæ Arianorum hæresis.

59 Brevi respondendum. Filius ergo Dei, Verbum Divinum, Christus Dominus filius dicitur dilectionis; haud quia gratia, sed natura filius. Loquitur Paulus estò idiomate Græco, dialecto Hebraica: etenim filius dilectionis idem est, ac filius dilectissimus: abstractum scilicet pro superlativo, concreto, seu adjectivo; quod frequenter videtur in Scriptura. Filij nuptiarum: Marc. 2. 19. pro plenis gaudio. Ephes. 2. 3. Filij iræ: pro dignis irâ, vel cruciamine. Ibid. cap. 5. 8. Filij lucis: pro abundè illuminatis. 2. Thesal. 2. 3. Filius perditionis: idest, perditissimus. Rom. 9. 8. Filij carnis: pro valde carnalibus. Ephes. 5. 6. Filij dissidentie: pro nimis desperatis. Sic alia cuique obvia. Ita igitur Christus Dominus dicitur à Paulo Filius dilectionis, quasi filius valde dilectus, nimis & maximo opere; ut sæpe videmus: Matth. 3. 17-17. 5. Luc. 9. 35-2. Petr. 1. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Marc. 9. 6. Hic est filius meus charissimus. Filius na dilectionis est Christus, sed dilectionis essentialis Patris: quare imago invisibilis Dei dicitur, quia ut similis productus à patre: unus scilicet ab uno per modum Verbi intellectualis, ad distinctionem processions Spiritus-Sancti, qui non productus ut imago, sed ut amor essentialis Dei invisibilis, utpotè unus è duobus per modum amoris. Hinc claret, quòd Verbum Deus est: siquidem cum sit imago Patris, non dicitur Patris imago, sed imago invisibilis Dei, qui Pater; quippequam non paternitatem, sed deitatem accepit à Patre ut filius, & quia filius, similis, utpotè imago essentialis in invisibili Deitate. Si abesse Deitas, non esset substantialiter imago Dei: Christusque imago Dei dicitur, quia in substantiali esse accepit similitudinem essentia & unâ Deitatem. Unde quum Christus, qui filius Patris, dicit: Pater maior me est, non est intelligendum secundum quod est imago invisibilis Dei, Deus de Deo; sed secundum conditionem humanam, qua minor est Patre. Vide Div. Thom. 1. part. q. 42. art. 4. Quavis Pater sit principium ( ut cum Augustino, 4. de Trinit. cap. 2. dicunt orthodoxi ) principium non dicitur prioritatem, sed originem. Omne profectò à quo aliquid procedit, quocumque modo procedat, principium dicitur. Sicque Pater principium, quia ab illo filius procedit; quin sit prius vel posterior, etsi prius concipiatur mente principium, quam à principio procedentem: igitur filius à principio Patre sine tempore productus, in cuius generatione, uti Leo Papa serm. de Transfigurata.

Abstractum pro superlativo, concreto, seu adjectivo.

Filius inter duos pro significatione vocis sequenti.

Coloss. 1. 13-15.

Ioan. 14. 28

Pater quomodo Verbi principium?

Leo Pap.

ait: Nec genitor genito prior, nec genitus est genitore posterior. 60 Prioritas principij dicitur prioritas originis, quia in divinis personis est ordo nature, qua datur, seu potius concipitur principium secundum originem absque ulla prioritate proprie sumpta. Pater prior cogitur originis prioritate, quia Pater à nullo, tanquam à principio, quippe principium est. Filius à Patre: Spiritus-Sanctus procedit ab utroque: haud quia hic vel ille sit prius aut posterior altero; sed quia alter ex altero est. Ad August. in Genes. lib. 4. cap. 34. & 35. D. Thom. quòd sup. q. 33. art. 1. & q. 42. art. 3. Si Arius, quia Christus principium non est, facit creaturam: Ego principium, qui loquor vobis: dixit Iudæis. Ioann. 8. 25. Non quia filius principium Patris; sed quia cum Patre & Spiritu-Sancto simul principium, à quo cuncta tanquam à conditore. Pater ergo (inquit Augustin. Contra Maximum, cap. 17.) principium non de principio: Filius principium de principio; sed utrumque simul: non duo, sed unum principium. Sicut Pater Deus & filius Deus, ambo simul: non duo Dij, sed unus Deus. Nec Spiritum-Sanctum, ab utroque procedentem, negabo esse principium: sed hæc tria simul sicut unum Deum, ita unum dico esse principium. Quis etiam exponi Ego principium, de Christo; quia Verbum, quod filius Dei, simul cum Patre est Spiritus-Sancti principium, qui etiam est Deus, sicut est Deus Filius & Pater. Christus ergo creatura non est, sed Deus sicquod priusquam diceret Iudæis, Ego principium, qui loquor vobis; præmisit: Si non credideritis, quia ego sum, v. 24. Non dicit quid, sed tantum, Quia ego sum; ut cognosceret Deus, iuxta illud Moyfi dictum, Exod. 3. 14. Ego sum qui sum: & Isai. 48. 15. Ego ego: in quo signatur Deitas, tanquam ens à se, & cuius esse est esse. Si Christus ita est principium, Deus utique, quia Deus erat Verbum. Unde cum vellet per Ego sum, & Ego principium, declarare Iudæis suam divinitatem; ait Evangelista, v. 27. Non cognoverunt, quia Patrem eius dicebat Deum.

Ioan. 8. 25. Series processionum in Trinitate. Augustin.

61 Patet dictis expositio genuina ad illud de Christi Assertoris N. doctrina, igitur

omnia quæ audivit à Patre nota fecit. Mea doctrina (inquit) non est mea; sed eius qui misit me. Mea, q. d. quia mihi à Patre data: non mea, quia data à Patre. Mea, quia in me est; non mea, quia originaliter à Patre: Propterea dicitur coram discipulis Patri, Ioann. 17. 10. Omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Verbum est doctrina Patris: & verbum alicuius est, & sui est, etsi à se non sit: quare fit doctrina est verbum, doctrina eius illius, & non illius, quia cum Verbum Patris non à se, sed à Patre; Patris est sanè doctrina, sicut Patris constat Verbum. Pater (ait ibid. cap. 5. 17.) usquequomodo operatur, & ego operor. Simul uterque operatur, quin estò distinctæ personæ, operatio sit distincta: nec quia operatio Patris est, non est operatio filij: equidem operatio filij dicitur Patris, quia filius habet à Patre operandi potestatem. Nature divine (inquit Hilarius lib. 9. de Trinit.) hæc unitas est, ut ita per se agat Filius, quod non à se agat. Sic intelligitur illud: Non potest Filius à se facere quicquam: siquidem quavis filius operetur, non à se, sed à Patre habet facere quod facit: & cum Patre facit, quin à se possit facere quicquam; quippequam cum essentia à Patre accepit potentiam, quæ quidem eadem Patris & filij. Ideo additur in sententia prioris explanationem: Non potest facere, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Aliud à Patre facere posset, modo haberet aliam naturam à Patre: cum Christus, filius Patris, eius naturam habeat & potentiam; non potest filius facere, nisi quod viderit Patrem facientem. Potentia in filio est ipsamet potentia faciendi in Patre; quoniam quæcumque hic fecerit, facit filius. Filij hominum faciunt & possunt facere aliud quam patres; quia non habent eandem potentiam, neque eandem naturam numericam. Una enim dicitur est in Patre & filio: ideo filius Patris, veri Dei, Deus verus: & propter inseparabilitatem personarum in essentia; non potest facere filius, nisi quod fecerit Pater. Consulendus Cyrillus Alexandr. hic.

Ioan. 7. 16

Ibid. 5. 17

Hilari. Ibid. 19.

Una essentia & potentia in patre & filio.

Ioan. 17. 24

62 Claret iam, Christum esse Deum, Verbumque Patris creaturam non esse: quod Christus protulit, dicens: Hæc est vita æterna, ut cognoscat te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: similiter verum Deum: equidem est filius sit alius, non est aliud respectu Deitatis, cum eandem individuam naturam habeat. Nilil de Iesu Christo credendum diceret, ni intenderit in sententia credi Iesum Christum Deum. Pende verba. Ut cognoscat te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Quid, si non Deum verum, uti Patrem, verum Deum? Aliquid enim cognoscendum de utroque. Si Deus verus Pater, quid cognoscendum de Christo? Quod esset Filius Dei veri, verus Deus. Aliud præter id quod obijciabatur, intentum verbis; quippe sine huiusmodi proposito; trunca esset atque pendula oratio. Si filius tantum cognoscendus, & non ut filius; Iesus Christus non cognoscitur. Vita æterna, seu vitæ æternæ cautâ stat in eo, quòd Iesus Christus cognoscatur Filius veri Dei. Unde Iesus Christus verus Deus; quia consubstantialis Patri, qui solus Deus verus, cognoscendus cum filio. Consule Ambros. lib. 5. de Fide, cap. 2. Basil. lib. 4. Contr. Eumonitum: & Cyprian. 1. Contr. Iudæos. Nec cespites in ly Te solum. Igitur dictio exclusiva, seu exceptiva inncta termino personali in divinis, non excludit alias personas respectu essentialium; ut dixi Tom. 1. Tautolog. 6. nam. 72. ad illud Epist. Iudæ, v. 4. Solum Dominatorem & Dominum nostrum Iesum Christum negantes: & Tom. 4. Taut. 4. fusè à n. 16. ad illud Deuter. 32. 39. Ego sum solus: & 1. Tim. 6. 16. Qui solus habet immortalitatem. His in locis plura invenies testimonia, sed obvium accipe. Matth. 11. 27. dicitur: Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Si solus Filius novit Patrem & Patrem Filium; uterque se non cognoscit: quod quidem ludicrum. Nullo modo huiusmodi exclusionis expressio eximit aliam personam. Liqueat. Ibi dicitur, nisi Filius & cui voluerit Filius revelare: constatque, Filium cognovit à Petro ex revelatione Patris. Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est: Matth. 16. 17. Quod essentialis, profectò commune tribus personis, uti cognitio, Deitas, sapientia, omnipotentia, & alia id genus. Unde in incarnatione Verbi dicitur Maria, Luc. 1. 35. Spiritus Sanctus superveniet in te. Idest, tota Trinitas, ut inquit Ildephonsus, de Virginit. Mar. Etiam, Genes. 1. 2. Spiritus Dei ferebatur super aquas. Vide Augustin. lib. 13. Confess. cap. 9.

63 Hac expositione delicatur difficultas orta ex nescientia diei & horæ iudicij universalis, dum dicitur, ut vidimus n. 58. Nemo scit, neque Filium, nisi solus Pater. Tom. V. R. 2.

Math. 24. 26.



Marc. 13. 32. *ser. D. Thom. 3. p. 9. To. art. 2. ad 1. asserit hoc exponi ab aliquibus, de Filio De adoptivo, non consubstantiali, uti est Christus Dominus. Basilii ubi dudum contr. Eumon. & Origen. tracto. 30. in Matth. de Christo, secundum corpus eius, quod est Ecclesia: in quo sensu Psalm. 68. 2. dicit: Salvum me fac Deus: & Ador. 9. 4. Saule Saule, quid me persequeris? Augustin. 1. de Trinit. cap. 12. inquit: Hoc enim nescit; quod nescientes facit: id est, quod non ita sciebat, ut tunc discipulis inhaeret. Nescit hoccine stylo Plautus, in Bacch. Act. 4. scen. 6. v. 21. Nescio etiam id, quod scio. Nescit ut Patris legatus ad homines, etsi sciat, quippe nescit ut legatus. Nunciis enim tantum refert illa, quæ illi dicenda commissa sunt. Indicavit Christus Dominus illustram oppositione sententiarum. Ioann. 15. 15. dicit discipulis: Omnia quæ audivi à Patre meo nota feci vobis: & nihileminus addit, cap. 16. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Si adhuc multa habet dicenda, & omnia dicenda dixerat: signum est dixisse omnia, quæ dicere ordinaverat Pater: & adhuc multa alia habebat, quæ licet sciebat, dicere volebat; quia necdum voluntas Patris ut diceret: dicturus sanè, quando disponderet Pater. Pendè verbi proprietatem: non dicit omnia quæ vidi, sed omnia, quæ audivi. Haud omnia, quorum noticiam habebat, iustus est à Patre dicere; sed tantum quæ audivit notificanda. Quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo: ibid. cap. 8. 26. Modò claret in primum testimonium. Omnia quæ accepi à Patre dicenda, dixi & locutus sum vobis: de die autem illo, ut dicerem vobis nihil audivi, etsi vidi. Audivi multa vobis dicenda; sed non modò: dicam, cum fuerint dicenda. Non omnia, quæ vidi aut novi, dicenda audivi: at quæ ut legatus audivi dicenda, vobis nota feci & omnia. Paracletus autem, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quæ docenda: verum non docenda omnia. Docet ad quæ missus, & omnia; sicut ego dixi vobis omnia quæ audivi dicenda. Hoc solum se scire dicebat, quod eos per illum scire oportebat: subdit Augustin. ubi supr. Alia dicerem, si interesset vestra: at non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.*

64. Caictanus respondet aliter & non abs re, de nescientia Christi circa prafati mysterij secretum. Non excludit à filio secundum divinitatem, sed secundum humanitatem: & est sermo de notitia naturali. Solus enim Deus novit ex sua naturali notitia tempora & momenta. Cum hac tamen veritate stat, quod Iesus etiam secundum quod homo est, sciat notitia supernaturali diem illum. Nec est dubitandum, quod sciat & sciat illum ab instanti, quo conceptus est in materno utero; quoniam fuit perfectè beatus secundum partem superiorem anime, & vidit in divina essentia omnia & singula quæ sunt erunt & fuerunt. Nos iuxta dicta in superioribus germanius interpretabimur testimonium. Ly Solus Pater non excludit noticiam à filio de hora universalis iudicij: igitur cognitio sive scientia est quid essentialè, tribus personis commune. Unde dicitur: Nemo scit, neque filius, non intelligendum, quod filius nesciat; sed quod illam intelligentiam à se tanquam à principio non habeat; sed à Patre, qui filij principium: uti num. 61. diximus de doctrina sua & non sua, quippe habuit à Patre; igitur cum substantia ab illo etiam cognitionem accepit: Huiusmodi cognitionem tradidit filio (inquit Angelic. Mag. 3. part. loc. cit. num. 63.) unde in hoc ipso quod dicitur: Nisi Pater, datur intelligi quid filius cognoscit, & non solum quantum ad divinam naturam, sed etiam quantum ad humanam: sicut vidimus, & etiam altruit Chryostom. Homil. 78. in Matth. & 14. in Marc. in Christo igitur sunt omnes thesauri scientia & sapientia absconditi. Non enim illi deest, quod nos latet uti absconditum.

65. Nec valet Arianis, dicere Christum dici filium per adoptionem, aut per quandam singularem excellentiam; quia electus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Ita blateravit Arius, sed novo acumine (ut claret quis magis delirus) digladiatur bambalio Franc. Ignatius de Zarraga, de quo plura infra, à num. 74. Sic igitur oggannit in Splendor. Meridian. Scintill. 6. num. 4. Christus enim (Dei Patris verus consubstantialitatis filius) quoad humanitatis sue primam Numinis gratia infusionem, Spiritus Sancti non filius, sed filij imago declaratur; et si paulò ante prædestinatus filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis (rhetoricè) exprimitur. Humanitatem ad Dei filij hypostasim prædefinens Numen illam etiam adoptavit in suis ipsius imaginem filij; ut Christus quoad humanitatem, & Spiritus Sanctus quoad suam creatam substantiam, unam mysticè existerent in charitate & sanctitate creati, sicut & nos unum existimus. Quis audivit unquam tale? Duntaxat excusationem quit habere in

crebro crebrato. Quodnam sit huiusmodi Numen & illa illius substantia creata, sciemus postea, demonstrantes consona deliramenta. Quodnam illud signum, in quo Christus, filius consubstantialis Patris & Deus verus, suis ipsius imago est quoad humanitatem, & gratia primam infusionem? Christus est imago Patris quia filius & Verbum. Humanitas nec verbum est, nec filius filij. Imago enim relationem dicit similitudinis ad suum exemplar. Unde sola secunda divina pertona relationem dicit similitudinis ad primam, à qua procedit modo assimilativo ut Verbum, uti asserunt DD. Scholastic. cum D. Thom. 1. part. quæst. 34. & 35. fuscque Pavonius in Theolog. natur. part. 1. distinct. 1. à num. 55. & part. 2. distinct. 6. num. 3524. Procedit ne humanitas Christi aliquo modo à filio Dei? Unde igitur erit imago filij Dei? Christus semper fuit filius Dei: aliàs non esset Christus, quippe Christus nil aliud quam humanitas subsistens hypostasi filij Dei. In quo ergo signo prima Numinis infusio gratiæ? Si prius fuit, quo supposito subsistebat humanitas, quæ futura Christi? Haud capax est gratiæ sine subsistentia. Ubi illud Paulò ante? Quando Christus non fuit Christus? Si ut exiit, filium consubstantialitatis Patris iure fateris, quando Numen humanitatem adoptavit in imaginem filij? Adoptio, ut tu asferis, & videbimus, est acceptio personæ. Humanitas sola non est persona. Si persona Verbi est, iam est Christus subsistens in pertona Verbi Dei, ut prædestinatum erat. Unde, dic, & quomodò nexus adoptionis, & consubstantialitatis? Ut fit cum Spiritu Sancto unum in charitate & sanctitate creati, sicut & nos unum existimus? Blasphemias. Ubi est, quam in Christo filio Dei supponis, cum Patre consubstantialitas? Habet Christus per naturam, quod nos habemus per gratiam. Non sicut nos unum somus, Christus sanctus est; sed per sanctitatem incretam ex hypostatica unionè. Nec mysticè, sed entitative; quippequam eandem habet essentiam cum Patre. Furis utique. Hæcine horribilia: adhuc maiora videnda.

66. Christus Dominus, Assertor N. philtrom amantium, peccatorum cleutherium, filius Dei est, & filius Dei vivi; non adoptivus, nec per excellentiam. Ex vi originis consubstantialitatem habet cum Patre, & ipsamet ex Patre naturam. Adoptio iuxta communem Iurisperitor. sententiam, in Gloss. instit. de Adoption. §. 1. imitatur naturam. Generatio, ut origo viventis à vivente, naturæ exigit similitudinem. Qui filius adoptivus, non est in natura similis; quippe adoptio naturam emulatur, & natura tendit in simile. Si adoptio est acceptio personæ extraneæ; non potest Christus dici extranea persona, gaudens eadem cum genitore naturæ. A Ioanne cap. 1. dicitur Unigenitus filius, qui est in sinu Patris. Unigenitus non esset Christus, modò per adoptionem filius Dei esset; siquidem plures filij Dei per adoptionem, qui ex Deo nati sunt. Ibid. v. 12. & 13. Hoc idem propositum ab eodem Evangelista, dicitur: Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus. Vocat Christum verum filium & verum Deum, haud quia filij adoptivi non sint veri filij Dei, sed non veri filij Dei, id est, filij naturales: quandoquidem filiationem non habent ex vi originis, sed ex virtute adoptionis, ex voluntate Dei. Quod in gratia voluntarium, in generatione necessarium, sicut necessarium esse Deum: hinc necessaria in Christo consubstantialitas cum Patre; quia Patris Filius Verus, naturalis, similitudinem habens ex vi originis. Iudæi non cognoverunt multis concionibus, quod Christus Patrem suum dicebat Deum. Ioann. 8. 27. Dum cognoverunt, quarebant interficere, & ob crimen apprehensum tradiderunt Pilato: Quia filium Dei se fecit: ibid. cap. 19. 7. Si tantum filiatio usurparet de adoptione per gratiam, & non de identitate per naturam; nihil novi dicerent: imò haud excandescerent: ipsi enim sciebant per gratiam Filios Dei adoptivos fieri. Non adoptionem, sed generationem in filiatione intelligebant, quum Deum Patrem suum Iesus Christus predicabat, per quam æqualis, vel cum esset homo, Patri: Quia tu homo cum sis, facis te ipsum Deum: cap. 10. 33. Æqualis non esset, ni Deus esset: nec Deus esset, ni eandem Patris naturam naturaliter Christus haberet. Unde dicitur ibid. cap. 5. 18. Propterea magis quarebant eum Iudæi interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Æqualitatem in consubstantialitate Filij & Patris Iudæi agnoscent, & Arianis recognoscere renuunt? Hic est Filius meus, quem à me non separat Deitas, non dividit potestates, non discernit aternitas. Hic est Filius meus non adoptivus, sed proprius: non aliunde creatus, sed ex me genitus; nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de mea essentia mihi verbi æqualis. Ita Leo Pap. serm. de Transfigur. Nec Altissimus æqualem potuit michi condere creaturam, nec inæqualem gignere filium. Solum enim

Christus nō est imago filij Dei, sed filius Dei.

Naturalis non adoptivus.

Quid sit adoptio?

Christus non est in Deitate persona extraneæ. Ioan. 1. 14. 18.

1. Epist. 5. 20.

Quomodo homines vere filij Dei, sed non filij veri?

Leo Pap.

Unig.



Unigenitum, quem non fecit, sed genuit, Altissimum Altissimus, & coaeternum aeternus concepti.

67. Iam enim locum habent, quae promisi, Tom. 4. T. 4. n. 30. nimirum, cur si Christus Filius Dei non factus, sed verus, & Pater Deus verus & vivus, genitorque pariter Filij, Dei veri & vivi, a Patre Deo vivo & vero: dicitur a Iohanne, ut vidimus n. antecede. Filius verus & Deus verus: & a Petro, Filius Dei vivi? Non sat in expref- sione consubstantialitatis, quod Petrus diceret Filius Dei? Si Filius, genitus plane: si genitus, necessarium suppositum vitae; quippe generatio est origo viventis a principio vivente: quare igitur non solum Christus dicitur Filius Dei? Singu- laritatem generationis Petrus intendit exprimere, uti revelavit Pater: alias generatio- nem eius quis enarraret? Incubuit Vicarius Christi, toti Ecclesiae praepositus, demon- strare coram illo quid Ecclesiam docturus: igitur per Petrum Ecclesia quotidie dicitur Tu es Christus Filius Dei vivi. Protulit Petrus de Patre quo modo pater; ac de Filio, quo modo filius. Intendite. Verbum significat aliquid ab alio emanans: & in divinis, nihil ex his quae ad intellectum spectant, dicitur personaliter nisi Verbum, quod est Sapientia genita: id enim quod intellectus intelligendo, seu concipiendo format, dicitur Verbum. Quapropter in Deo oportet ponere Verbum (ut dicit D. Thom. Opus. 3. cap. 37.) quod est nomen proprium personae Filij, signans emanationem intellectus patris. Persona enim, quae procedit in divinis secundum emanationem intellectus, dicitur Filius, & huiusmodi processio generatio; ut dicit idem 1. p. q. 34. art. 2. Datur ergo in rebus creatis cognitio & vita: verum ita, tamen simul sunt, quod cognoscens in quantum cognoscit, non sit pater; neque cognitum sit filius: pater in Angelo, cuius cognitione, quantumvis eximia, non generat alius Angelus; & in homine, qui secundum quod cognoscit, haud pater est alicuius. Pater & filius tantum dantur in viventibus: equidem generatio est viventium munus, quatenus vivencia sunt, tendentia in simile: generatio quippe est origo viventis a principio vivente coniuncto in similitudinem naturae. Hoc namque commune generationi, & productioni mentali, quod homo vivens, & homo cognoscens; quin ut intelligens gignat, nec prout vivens intelligat, est vitalitatem supponat. Aliter & longè in generatione & productione divini Verbi, quod filius Patris: igitur Verbum ita est Verbum, ut etiam sit Filius; quia in illa generatione invenitur intellectio, quae non solum est vitalis, sed vita ipsa. Quapropter si vivens est gignere; patris divini intelligentis est gignere, quia illa intellectio, etiam prout intellectio, est vitalis. Verbum, intelligentis est, Filius viventis: & Verbum est filius Patris; quia procedit per modum intelligibilis actionis, quae est vitae operatio. Si ad generationem requiritur, quod productio sit hypostasis vivens ab hypostate vivente, & in similitudinem naturae ex vi illius productionis; intelligens vel dicens est Pater, & Verbum Filius: quippequam Pater dicens est hypostasis vivens, & quatenus vivens dicit: & Verbum dictum a Patre dicente productum, etiam est hypostasis vivens, quia in ipso vita erat: pariterque illa productio est in similitudinem naturae; quia dicens est Deus, & dictum est Deus, & quod Verbum. Processio Verbi in divinis (inquit Angel. Doctor 1. p. q. 27. art. 2.) habet rationem generationis: procedit enim per modum intelligibilis actionis, quae est operatio vitae, & a principio coniuncto, & secundum rationem similitudinis: quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectae, & in eadem natura existens, quia in Deo idem est intelligere & esse. Unde processio Verbi in divinis dicitur generatio, & ipsum Verbum procedens dicitur Filius.

1. Ioann. 1. 20. & Math. 16. 16.

Quid sit verbum mentis

Quare Dei filius dicitur Verbum

Et minimè aliorum filij

D. Thom.

Filius Spiritus Sanctus consubstantialis Patri.

In rebus creatis hoccine minimè accidit: etenim verbum mentis est intelligentis verbum, & non Filius, & Filius, quia non a mente, quippe ex voluntate carnis, nonquam potest esse verbum. Discrimen est penes intellectionem creaturæ & Creatoris, limitatam scilicet & infinitam. Quoties intellectus habet ultimam perfectionem intellectionis (id est, summam, ut est intellectus divinus) non solum assimilat terminum in esse intelligibili, ut intellectus creatus; sed etiam in esse substantiali virtus enim perfectè assimilativa respicit terminum ut similem perfectiori modo: quare cum perfectior similitudo sit in esse naturali; intellectio Patris (quæ summa & perfectissima) communicat Filio, Verbo consubstantialitatem, dum intelligendo producit. Claret exemplum perfectionis in processione tertiae personae Sanctiss. Trinitatis. De ratione voluntatis ut sic, est producere amorem: verum de ratione voluntatis summè perfectæ est producere amorem summè perfectum. Hinc cum nullus amor perfectior amore substantiali; voluntas Patris & Filij amorem substantialem producit, qui Spiritus Sanctus est Pa

68. Palam est iam, cur Christus dicatur, praediceturque a Petro Dei vivi filius; Verbum Dei eò dicitur Verbum, quo filius: aliter in nobis contingit, ut pater; quia verbum a cognoscente, & filius a generate. In nobis intelligibile non pertinet ad substantialem esse: sed generabile: in Deo pertinet tam generabile, quam intelligibile ad intra; quia esse Dei est ipsum intelligere. Ni Petrus diceret Deum vivum, cui comperit generatio; intelligeretur Verbum verbum mentis, quin esset filius, sicut verbum mentis hominis: Verbumque Patris, Christum Dominum Petrus definit non solum filium Dei, sed Dei vivi; ut constet filius, quod Verbum: Verbum eiusdem naturae substantialis cum intelligente, sicut filius eiusdem naturalis substantiae cum genitore, Filius dicitur verus filius, quippe habet substantiam patris: verbum mentis in humanis non habet naturam intelligentis; quia nostrum intelligere non est ipsa intellectus substantia. Saepè Filium Dei Iohannes dixerat Verbum: Verbum connotat intellectionem, cuius est Verbum, non naturam: & cum Verbum in divinis naturam connotet, quoniam Verbum etiam filius; dicitur Verbum in divinis verus Deus: igitur sicut filius habet substantiam producentis genitoris; ita Verbum quod filius gaudet consubstantialitate intelligentis: idem enim in Deo intelligere & esse. Si Iohannes dixisset, In principio erat filius, claresceret, filium habere eandem naturam generantis: ac ignoraret mundus quo modo in divinis Filius, & quo modo Pater. Primum Iohannes supposuit, secundum, ut par erat, meditatio expressit, dicens: In principio erat Verbum: & non Filius, quia qui filius erat Verbum, producto filio ab intellectu paterno. Clarius Verbum intellectus est. Intellectus non generat alium intellectum, sed verbum intellectionis. Homo generat filium, in quo intellectus; sed non per intellectum: ceterum Pater aeternus per intellectum generat filium, qui Verbum. Unde cum huiusmodi generatio hominibus esset ignota; ut notum fieret non notum, Iohannes dixit Filium Verbum, & non Filium: equidem si filius habet substantiam Patris, Verbum habet naturam genitoris: idem est enim in Patre intelligere & producere: sicut in Filio idem, dici ac generari. Iccirco Iohannes in Epist. dicit: Hic est verus Deus, Filius verus Deus, quia filius Verbum non sit filius: signatque Verbum verum Deum, sicut verè filium; quia scit filius habere esse verè a Patre per originem, Verbum habere esse filium per Patris intellectionem. Non solum his sententijs in divinis describitur generatio, sed ordo & singularis generationis modus, a nemine illatenus auditus. Hoc mundo incogitum, sed ad fidem documentum necessarium, Generationem eius quis enarrabit? Petrus & Iohannes. Noverunt ordinem caeli, & posterunt rationem eius in terra; sicut interrogatum, Job 38. 33. Cuncta protulerunt & modum. Hac etiam de causa Christus, filius Dei dicitur Unigenitus, quia sic gigni, tantum unici filij Dei. Hinc intelliges, cur in divinis unicum sit Verbum, & Pater unicum habeat filium, unigenitum a Patre, qui est Christus Dominus, quin possit alium habere. In eo cuius esse est intelligere, semper est idem intelligere: quare nequit esse alium Verbum, quoniam intelligere non est aliud. Vide August. lib. 7. de Trinit. cap. 1. 9. cap. 10. & 15. cap. 10. Damascen. lib. 1. de Fide orthodox. cap. 18. Anselm. in Monolog. cap. 31. & 58. & Itaneum, 2. Advers. haeres. cap. 47.

Generatio & ordo & modus generationis in divinis.

Ioann. 1. 1.

1. Ioan. 5. 20.

Isai. 53. 8. Iob. 38. 33. Cur filius Dei unigenitus sit. Ioan. 1. 18.

69. Cur autem Iohannes primò dixerit Verbum, postque Unigenitum & Dei Filium; potest inquiri à curioso lectore. Respondet obiter D. Thom. 1. part. q. 34. art. 2. ad 3. Ut ostendatur connaturalis Patri, dicitur Filius: ut ostendatur coaeternus, dicitur Splendor: ut ostendatur omnium similis, dicitur Imago: ut ostendatur immaterialiter genitus, dicitur Verbum: Non autem potuit unum nomen inveniri, per quod omnia ista designarentur. Quo respondetur ad illud, de quo supr. num. 58. Creator omnium, & qui creavit me; & ad alia testimonia, quibus Sapientia increata, Dei Filius scilicet, creata dicitur, cum tantum sit genita. Pende. In generatione nostra recipitur natura generantis, & genitor immutatur. In creatione Creator non immutatur, nec natura Creatoris recipitur. In Scriptura Sapientia increata, ut creata exponitur & genita; sed non in sensu proprio creationis, ut sonat: creatam & increatum profecto implicat. Altissimus intuitus est in illa terminorum implicatione. Unde Filius dicitur Sapientia genita a Patre; ut per generationem constet in utroque eiusdem naturae unitas: & simul dicitur quod creata, est increata; ut pateat genitoris in generatione immutabilitas: etenim Creator nullatenus immutatur, dum creaturæ esse propriae naturae conceditur. Sapientia igitur quae se dicit creatam (inquit Hilarius de Synodis advers. Arianos, Ana-

Ioan. 1. 1. 18.

D. Thom.

Ecdl. 24. 12.

Cur filius Dei dicitur Sapientia creata, si increata, sapientia

the-



thematicum. 5.) eandem in consequenti se dicit & genitam; creationem referens ad parentis indermutabilem naturam, quæ extra humani partus speciem & consuetudinem, sine immutatione aliqua, ac demutatione sui creavit ex seipsa quod genuit. Creatis enim opus non habet passionem aut permissionis aut partus. Esse enim aliquando incipit, quod creatur ex nihilo; & qui creat, efficit pro potestate quod condit: est o pas virtutis creatio, non natura ex natura genente natiuitas: at verò natiuitas legitima originis & genuina naturæ profectus est: ex natura enim generante, naturam sumpfit genita natura. Sed quia Dei filius non corporalis partitudinis est genitus exemplo, sed ex perfectio Deo perfectus Deus natus est; ideo ait, creatam se esse, sapientia; omnes in generatione sua corporales passiones excludens. At verò ut ostenderet non creationis in se, sed natiuitatis naturam esse; subiicit & genitam: ut cum creatam se & genitam conficitur, absolutam natiuitatis suæ intelligentiam præfaret, dum & indermutabilem Patris naturam in creatione significat, & legitimam ac propriam ex Deo Patre genitæ naturæ suæ ostendit esse substantiam. Luculenter ac præclare dicta. Idem ex eodem dicit D. Thom. 4. contr. Genes. cap. 8.

70 Ergo in altiore sensum fumenda vox creationis. Cùm igitur vel intellectus noster producat verbum mentis immaterialiter sine sui mutatione, & homo generet cum mutatione sui; filius Dei dicitur Verbum, quia sicut homo sine ulla sui mutatione producit immaterialiter verbum, Pater generavit filium: eiusdem naturæ, quia filius: & filium Verbum, quia immaterialiter genitus. Idem dicendum ad illud Baptista: *Hic erat, qui ante me factus est, quia prior me erat.* In ly factus offendit Arius. Respondet Cyrill. Alexandr. lib. 5. *Theaur.* cap. 6. *Sicut igitur de verè creaturis, non naturaliter, sed abusive verbum Genuit dicitur* (de Deo, scilicet, ut Deuteron. 32. 18. *Deum, qui te genuit, dereliquisti.* Job. 38. 28. *Quis est pluvia pater, vel quis genuit stillas roris?*) sic quando de filio creatio dicitur, abusive intelligenda est; ut naturalis eius proprietatis conservetur. Idem Athanas. serm. 3. contr. Arian. Sic ergo, dum dicit Baptista de Christo: *Ante me factus est,* idem est, ac genitus: non loquitur de eius humanitate quam tempore utique præcedebat; sed connotat suppositum divinum, nimirum filium naturalem Dei, ante Ioannem sanè genitum, qui dixit: *Antequàm Abraham fieret ego sum.* Ioann. 8. 58. Hac de causa non prolatum, *Hic est,* primò, sed *Hic erat.* Minime factus qui iam erat antequàm caro factus. Si caro factus post Ioannem; & iam erat, qui non erat caro factus; non utique factus, sed ante secula genitus. Nec difformum arbitris, quod hic dixit v. 15. *Hic erat,* subindeque v. 30. *Hic est.* Demonstravit in utraque sententia, ex quo Christus, quando genitus, & quando quoad humanam carnem factus. *Hic est,* naturam humanam, quæ post Ioannem facta est. *Hic erat,* personam divinam, quæ ante illum, utpotè ab æterno, sed minime facta; Quomodo enim erat, si factus erat? Non erat factus. *Hic erat,* qui hic est. Non novum, q. d. quod sit ante me, qui post me est? Post me est, qui ante me erat. Post me præcursor, ex utero matris virginis, qui ante me erat ex intellectione Patris. Hic est qui erat, & erit: & erit & erat est; idest, vel in carne Deus, cuius esse proprium, esse. Nihil aliud est, quàm erat prius, nisi naturæ novæ, & etiam in illa idem ipsissimus ipse. Retorqueatur Profanus, nesciens quid diceret, lib. 1. *Astronom.* cap. 3. v. 18.

*Hæc æterna manet, divisi que simillima forma,  
Cui neque principium est usquam, nec finis in ipso;  
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.*

Hoc perspicuum testimonium, quin Arius habeat esugium. Alia infra, num. 120.  
71 Sensu præfato in confirmationem æternæ generationis dicitur Sapientia personalis *Primogenita ante omnem creaturam.* Si ante omnem creaturam, non creatura; & consequenter non facta. Non enim quia primò creata, esset unigenita: igitur non est unigenita, quem multi sequuntur; ut ait Cyrill. quò dudum cap. 5. Filius Dei est *Unigenitus.* Unde nec primò creatus: at primò genitus, quia ab æterno genitus à Patre ante omnem creaturam. Si esset factus, estò primò, inter creaturas; non esset ante. Primogenitus filius est, quia primò genitus. Ideo Pater dicitur filij principium, & non causa: equidem causa importat diversitatem substantiæ, dependentiam effectus, & prioritatem vel naturæ vel temporis. Filius autem Dei non est effectus, quippe non factus. In illo ac Patre nulla substantiæ diversitas, nulla naturæ, vel hypostasis prioritas, quin inter sit dependentia effectus à causa; cum tantum pendeat ut Verbum filius à Patris intellectione, connotans in processione originem; & originis, non naturæ prio-

Hilar.

Ioan. 1. 15.  
Cyrill.  
Alex.

Generatio  
& creatio,  
quando nec  
tapboricat

Quomodo  
Christus ante  
& post  
Baptistam?

Manil.

modi 11

Eccl. 24. 5.

Ioan. 1.

Pater celestis  
sui filij  
principium,  
non causa

prioritatem: etenim in Trinitate nihil prius, vel posterius, ut vidimus ex Leon. Papi num. 66. Quare verò Christus Dei filius à Paulo dicitur *Primogenitus omnium creaturæ*, atrucemus infra à num. 126.

72 Hæc tela in Ariano, in quos multis alijs testimonijs invehuntur SS. PP. ingenia; sed Erasmo nec videntur valida ratiocinia, nec perspicua sacra testimonia.

*O quam caeca gerit nigro sub pectore corda  
Mens tenebris obscura suis!*

Sedal.

Dicam ex Sedulio lib. 2. *Carm.* v. 211. Ita ergo despicit ille, dum sapit. *Ex sacris literis* (ait in Ioann. 20. 28.) *non deducitur evidenter Christum esse Deum; licet ex libris novi testamenti pijs mentibus constet, Christum Deum pariter & hominem fuisse.* In quæ non proruit infatuata præsumptio! *Piis mentibus?* Vocas duntaxat pium ad salutem æternam necessarium? Unde hausta huiusmodi veritas? Ex Evangelistis & reliquis libris Apostolicis. Hoc Ecclesiæ Catholicæ decretum non solum suscipiendum est pietate, sed credendum firmâ fide: quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, salvus esse non poterit. Quod dicit voluntarij affectus cordis, non est signum, sed demonstratio impietatis. Perperam à te creditur, si ex abundantia cordis os loquitur. Super illud Thomæ, *Dominus meus & Deus meus;* ita occinis: *Iste est unus locus, ex quibus Evangelistæ Christo nomen Dei tribuunt.* Ergo iam conitit ex Evangelio Christum Deum esse. Evangelium, solummodò tenendum & credendum piè? Audias aliud testimonium à te visum, sed alio silentio pressum. *Scimus, quoniam filius Dei venit: & adit nobis sensum* (idest, aperuit, vel illustravit ut cognoscimus verum Deum, & simus in vero filio eius. *Hic est verus Deus.* Christus filius Dei est, & verus Deus, ut atruximus à num. 67. Filius Dei Verbum est: non legitimi, & Deus erat Verbum: Verbum caro factum est. En filius Dei vel in carne. Hic est unigenitus à Patre: hic est Christus. Patet iam ex sacris literis Christus Deus? In Christo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: Coloss. 2. 9. Quid est corporaliter? Unita divinitas non solum animæ, sed etiam corpori Christi. D. Thom. 3. part. quest. 2. art. 10. ad 2. Ipsam Deitas in Christo habet esse substantiale corporeum, quoniam Verbum caro factum est: & simul corporeum illud habet esse, abque ulla sui mutatione; *Ego Dominus & non mutor.* Malach. 3. 6. Ita Deus homo, & homo Deus. Filius Dei, profectò Deus, quia consubstantialis Patri: & interroganti cæco, *Quis est Domine (ut credam in eum)* filius Dei? respondit Iesus: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Pater æternus pater dicitur Domini nostri Iesu-Christi. 1. Petr. 1. 3. Hebr. 1. 1. 5. 8. Sic ergo ad Tit. 2. 11. *Apparuit gratia Dei, Salvatoris nostri.* Quæ & quomodo gratia, si Salvator Deus non est? Subditur v. 13. *Gloria magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu-Christi.* Disiunges Magni Dei à Salvatoris? Disiunges. My! Disiunges, sicut illud ad Rom. 9. 5. *Ex quibus (Iudæis nempe) est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Quid dices ad hæc? *Ibi Christus non dicitur Deus: tantum Paulus insinuat in hunc sensum; Sit Deus benedictus, quia Christus est incarnatus.* Ingeniosè profectò. Plaudite manibus. Quis Arianorum sine rubore ita interpretaretur? Dogma pestilens insignem olim amittit hyperaspitem. Sensum ne mentis hoc cine velamine occultis? Quod vel ipsis Ariano negotium tor faculis grave graviter facef, sije, tibi constat sine succo futiliter? Perpendamus expositionem. *Benedictus Deus, quia Christus est incarnatus.* Christus non est incarnatus; sed filius Dei, qui in carne dicitur Christus. Est incarnatus, antequàm Verbum caro fieret? Despis, & despiendo veritatem dicit, velis nolis. Christus per te est incarnatus; ergo Christus est Deus: homo enim non incarnatur, quippe nullo modo est, antequàm sit. Si ille qui incarnatus est, erat antequàm incarnaretur; profectò Deus erat: & homo factus haud desitit esse Deus. Incarnatus est cum in forma Dei esset: si homo est, qui formam hominis habet; erit profectò Deus, qui in similitudinem hominum factus, permanet in forma Dei. Ni Deus esset, in forma Dei non esset. Vide cervicose in semel apprehenso, huiusmodi in articulo, an in forma Dei esset habitus inventus ut homo. Si negas, Arianus es: si concedis, cur etiam deductionem evidentem è sacris literis negas? Ergo in carne Christus Filius Dei: si Filius Dei in carne, planè Deus. Habet herelè Filius naturam patris: Christusque Filius est Patris celestis, qui sæpe coram testibus dixit: *Hic est filius meus.*

Erasm. Roterod.

Idem.

1. Ioann. 5. 20.

Ioana. 1. 1.

Christus clarus  
Deus ex  
scripturis sacris

Cap. 9. 36. 37.

Agost.

Erasm.

modi 11

Deus verus  
& homo verus

73 Quid dicit Erasmus? Hui, mi homo, dum hæc cogitabas, eras mus: siquidem cuncta Scripturæ testimonia rodebas; tibi, omnibusque, scientia sacra pollentibus, di-

Tom. 2.

S

664



cebas sub titulo Termini, in annulo sculpti, ut lateret proax inflatio in ambiguo: *Nulli cedo*. Nulli? Quanta modestia! Vertigo est ex pruriginis plantulis. Impingis, ex ventosa sapientia factus stultus. Audiat in signis Theologus Minorita Carvaialis *Apolog. in Erasmi*. novum Apionem. *Malè habet Erasmus, quòd Ecclesie Doctores & Evangelistæ ad numerum quaternarium sint redacti: quòd videat se non posse inter illos computari; neque credit se illis esse inferiorem, qui nulli cedit.* Hoc enim elogio sua scripta claudit *Erasmus: Nulli cedo. Nonne hæc insolentia omnes eius insolentias superat? Non cedis Augustino, Ambrosio, aut Hieronymo? Cedo nulli. Non Hilario, Lactantio, aut Origenis? Nulli. O felix seculum cui talis homo datus est!* Haud fingit inventor in Erasmi arrogantiam. Ipse predicat. In illud Pauli, de quo supr. *Magni Dei, & Salvatoris N. Iesu-Christi*, ita infit: *Quantuncunquè Chrysostronus, Hieronymus, Augustinus & PP. in isto loco adversus Arianos exultent; nihil tamen contra Arianos. Nulli cedit. Verùm unde tanta pervicacia? Dicit: Sermo Græcus & ambiguus. Sic ergo. Si anceps, quo intuitu exponis pro Arianis, & nequaquam pro Catholicis? Dicit Seneca, Epist. 94. Aut inest animo pravus opinionibus malitia contra? aut etiam si non est falsis occupatus, ad falsa proclivis est, & citò specie, quò non oportet, trahente, corrumpitur.* Liqueat igitur quanam & quorsum cogitationes Erasmi: transeamus ad alias alterius deliras cogitationes.

74. Ariani processionem Filij Dei à Patre Deo statuerunt non tanquam à principio, sed tanquam à causa: unde Filius ab eis dictus prima creatura, & Spiritus Sanctus etiam utriusque creatura; quia ab utroque procedit. Nihilominus filius erat magnus, etsi in illorum sententia non esset Deus. Hæcine & alia iam ratione, & testimonijs, atque tempore sopita: cæterum noviter non solum excitata, sed feda; quasi aliquid de celo delapsum, luci quæ tenebris digna, exposita à Zarraga: qui quidem vel sine nomine appareret ex pelle. Suis enim coloribus alibi pinxit, & adhuc restant colores. Mifereor (ita Dij me ament, uti dicebant Ethnici) quòd quæverit plausum, & debitz servitutis effugium, unde vel gyrovagis opprobrium. Placet culinarem suffimen, verum confusio non cooperuit faciem. Ut clarius procedamus, non in Theologico, sed in Theopolitico opere *Splendoris invisibilitium*, arbitrat Zarraga, nihil Deum ad extra operari sub expressione Iovis, vel Entis; sed tantùm sub expressione Numinis: cui quidem ut huiusmodi expressionem haberet, necesse fuit creare quandam substantiam supernaturalem, quæ hypostasi alicuius personæ Sanctiss. Trinitatis ab æterno uniretur, ut possit operari & Numen esse. Ideo Spiritum Sanctum vocat impudicè *Contigem*; quia Augustinus disputans cum pagano, qui sanctas Scripturas renebat, libell. de *Quinq; herefib.* cap. 3. ait: *Quid dicis pagane? Deus, inquis, si delectatus est Filio, indignis coniugio: contigem Dei queris? Abijciatur ex corde tuo impura pravitas. Coniux Dei bona voluntas est.* Sumpta hæc ex Mercur. Trifnegit. lib. de *Verb. perfect.* Vide illum de *Natura Deor.* sive ad *Afolep.* apud Apuleium. Sic igitur loquitur Trifmegillus: *Filius benedicti Dei, atque bona voluntatis, cuius nomen non potest humano ore narrari. Quod intelligendum metaphorice, seu rhetorice, ipse Zarraga aliter in Vespertin. Splendor. scintill. 1. n. 4. Etsi usquequaque in libello sumat entitative & physice, ut videbimus. Hic Auctor, seu somniator haud supponit bonam voluntatem pro voluntate essentiali, sed pro personali, quam sine rubore *Contigem* usquequaque dicit: prioremque facit Filio, desitens feriem & ordinem processionum in divinis. Unde D. Thom. 1. p. q. 27. art. 3. ad 3. subdit: *Licet in Deo non sit aliud voluntas & intellectus; tamen de ratione voluntatis & intellectus est, quòd processionem, quæ sunt secundum actionem adriusque, se habeant secundum quemdam ordinem. Non enim est processio amoris nisi in ordine ad processionem Verbi: nihil enim potest voluntate amari, nisi sit in intellectu conceptum. Sicut enim attenditur quidam ordo Verbi ad principium, à quo procedit (licet in divinis sit eadem substantia intellectus, & conceptio intellectus) ita licet in Deo sit idem voluntas & intellectus; tamen quia de ratione amoris est, quòd non procedat nisi à conceptione intellectus; habet ordinis distinctionem processio amoris à processione Verbi in divinis.**

75. Ita ergo Verbum, quod Filius, à Patre, & Spiritus Sanctus ab utroque. Nescit Zarraga distinguere inter amorem essentialem, & notionalem. Essentialis antecedit originem, cuius ipse est principium *Quo*: qui quidem amor est notionalis, ut est in Spiritu Sancto, & principium *Quod* talis Originis, seu productionis. Essentialia enim sunt priora notionalibus. His haud immoror, quia iam à DD. Scholasticis expositum. Si

*Est amor essentialis, & notionalis.*

Arrogantia Erasmi.  
Carvaial.  
Pertunditur Erasmi.  
Senec.  
Deliria Zarzaga.  
August.  
Mercur. Trifna.  
Ordo processionis in divinis.  
D. Thom.

lubet, adi Scotum in 1. *distinc. 6. quæst. 1. Suarium de Trinit. lib. 6. cap. 4. & Caietan. in 1. part. D. Thom. quæst. 41. art. 2. in Deo negat Zarraga omnem operationem etiam ad intra, ut love; quòd omni blasphemia est gravius: uti inquit Damascen. lib. 1. de *Fid. Orthod.* cap. 8. Ratio negationis est illius vacui fincipis, tomento pleni. *Deus at ens* (ait in *Matut. scintill. 5. num. 7.*) *non habet intellectuales operationes, nec mentem: nempe potentiam intellectualem. Intelligere enim censetur pati, actuari, & moveri: quare omnis intellectus habet materiam, & agens in agendo reparatur.* O theologe insignis! Sic rudis & oncat affellus. Aitruic (quod audacius) ex Dionysio de *Divin. nomin.* cap. 7. ubi inficiatur S. Doctor in Deo operationes etiam intellectuales modo nostro, quod fatemur; sed non modo suo eminentissimè cum summa divina perfectione. In Deo non est actio progrediens ad aliquod extrinsecum, sed manet in operante. Intellectus divinus non est in potentia, cum sit sua perfectio & suum intelligere. Unde intelligere non significat actionem ab intelligente exeuntem, sed in illo manentem. Similiter in Velle: igitur voluntatis obiectum est bonum, ad quod datur motus, si est extra voluntatem: at minimè in divina, cuius obiectum est bonitas sua, quæ est eius essentia; uti asserit fides Catholica, & Scholasticæ cum Angel. Magistro, 1. part. quæst. 14. art. 2. quæst. 18. art. 3. & quæst. 19. art. 1. Cogitat Zarraga, prout ipse cogitat, & male cogitat. Actus sunt in Deo, quorum nullus immanens, præter intellectus & voluntatis; qui habent infinitatem, simplicitatem & immutabilitatem, quas habere nequit operatio cuiuslibet entis creati: de quo eruditè Eximius Doctor, de *Prædestinat.* lib. 5. cap. 1. n. 5. & de *Deo trino & uno.* lib. 2. cap. 24. n. 10.*

76. Totum libelli diabolici propositum, nil aliud est, quàm Deus Creator simul & creatura. Ut creator nihil agens, quia ut Creator est ens, vel love, & ut ens nil operatur: ut creatura omnia agens; quia sicine est unita hypostasi Spiritus Sancti; quæ ex compositione resultat *Deus-Numen*: Deus scilicet & creatura prima. Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël? Unde titulus libri, *Iovis, & Naminis conubernium, invisibilitium splendore*, matutinus, meridianus & vespertinus, cum varijs scintillis arundineti Zarraguini capitis, quas diabolus misit in cor, quod omnino vanum est. *Nihil iam in iudicis vana & nova eruditionis desideratur* (inquit Mabilionius *Studior. Monastic.* part. 2. cap. 11. num. 23.) *nisi usus vocis Iovis pro Christo.* Non desideratur, adest atque Zarraguinum opus, & cum nomine Iovis totum Ethnicum; igitur cuncta nostra ad theologiam Gentilicam retorquet: quod quidem respectu aliorum, minoris ducendum offendiculum. Vide dicta *Tom. 4. Tautolog. 4. num. 11.* dicemusque T. 6. T. 8. contra Bezam ex Rabbin. & SS. Patribus: igitur contendit Deum Hebraicè (ut sequitur Zarraga) dici Iovam, vel Ichovam stylo Ethnico. Unde Genebrard, Episc. ad lector in Commentar. in *Psal.* rhythmicè ait:

*Beza à Paganismo in Calvinismum transit,*  
*Beza à Calvinismo in Paganismum redit.*

*Philosophi autem qui vocantur* (ait Augustin. lib. 2. de *Doctrin. Christ.* cap. 40.) *si quæ forte vera, & fidei nostre accomodanda dixerunt; non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in usum nostrum vendicanda.* Econtrà Zarraga, *Matut. scintill. 4. num. 9.* nomen Dei *Sada* ad Deum Pana reducit: ideoque *Pan* Deus pastorum, quia Deus, Deus dicitur Abraham, Isaac & Iacob, qui pastores, *Primam causam* (quam malignè huiusmodi vox, constabit ex dicendis) *volentes. Dicitur etiam Pan* (subdit) *Deus ruris, quia colebatur in rure Sichein, in plano extracto à Melchisedech.* Fingit in falcerum auctores. Ibid. n. 8. addit, Spiritum Sanctum, quia descendit de celo in Apostolos factò repente sono, & pridem ductor fuit Israël, & tonitruis dedit legem *Tonantis* epitheto insignitum, dictumque Iovem: cultus utique fuit Iupiter ab Ethnicis sub titulo *Tonantis*. Pende obiter, qua facie operantem ad extra Spiritum Sanctum vocat Iovem: cum Deo, præut love est, nullam concedat operationem. In circuitu ambulat. Spiritum Sanctum in incarnatione Verbi supervenientem in Virginem (qua de causa exclamavit Isaias 45. 8. *Rorate cæli desuper, & nubes pluant*) ibid. sic exponit: *Aureis imbribus Iovem super Virginem descendisse dicitur, quam Danaus* (transfert declinatio: caller optimè Græcum idioma, de quo gloriatur) *nomine velavit Comæus.* Hic blasphematur. Ita Christus,

*— Quem pluvio Danaë conceperat auro?*

Vide Ovid. 4. *Metam.* Fabul. 16. & Natal. Comit. lib. 7. *Mytholog.* cap. 18. Bellum Gigantum in Iovem appropriat Nemrod, ibid. n. 5, quia *ly Venator coram Domino, Tom. V.* S 2. Genes.

Damasc.  
In Deo sunt operationes ad intra & ad extra.  
Summa libelli Zarraguini.  
Mabilk.  
Augustin.  
Retorquet Theologiam ad Ethnicam.  
Ovid.



Genes. 10. 9. ex Hebraica fonte (alia concordantia) legi potest: Usurpator gloria Iovis; quod Gigantes fecerunt, uti refert Ovid. loc. cit. lib. 1. fibul. 5. In Meridian. scint. 5. n. 2. effudit: Melchisedech, vir Chanaanus Phœnicus, apud suos denominabatur Siro; apud Græcos, Hermes: nempe Mercurius, qui Gentium extitit Legislator in Sion, ac Primogenitorum Altissimo sacrificium instituit. Huic ancum crederunt Genes simulacrum, in cuius manibus pauci offerebantur, &c. Hic est legislator in Sion? Oblitratuor os loquentium iniqua. Adhuc debacchatur. ibid. n. 5. subdit: Bifrontem Poëtæ Ianum delineant, nempe senili & iuvenili facie; quia Spiritus Sanctus ait: Ego primus & novissimus. Hoc est Scripturas exponere, vel ridere? O male feriate! Profanas vocum novitates devota: multum enim proficiunt ad impietatem: ut ait Apostolus, 1. Tim. 6. 20-2. 2. 26.

77 Hæc illi quasi quiescenti, in ludum phantasiæ læsæ, & quasi parerga delirij primo propofiti. Audi Zarraga, etiam summatim, quid cogites. Nos autem (inquis Meridian. scint. 2. n. 4.) cum materia prima fieri nequeat, quia ex nihilo nihil fit; materiam primam non æternam, nec factam, sed ab initio & ante sæcula creatam in principio, Deoque ut Numini cœviam, contemplamur: & scint. 3. num. 2. & 3. Creaturarum prior est, omnium facturarum principium & mater, utpotè prima causa, primævæque materia. Igitur primæ creaturæ nomine, intelligi damus rationalem, incorpoream, supernaturalem substantiam completam, quæ Deo coniugi hypostaticè unita creatur, & tot nominibus insignitur gloriosis, quot muneribus subarrhatur celestibus; vocatur enim Dei voluntas, Dei sapientia, Dei mystica manus, typicus Dei mons & civitas, mater Sion & Numen, materia prima & prior causa. Sic itaque torquens interpretatur testimonia, de quibus Tautologia præfens: Primogenita, nimirum, ante omnem creaturam. Ab initio & ante sæcula creata sum. Prior omnium creata est Sapientia. Unus est Creator, ipse creavit illum in Spiritu Sancto. Unde ibid. scint. 5. n. 1. profert: Creaturarum prior ipsamet Spiritus Sancti censetur persona. Scintil. 4. n. 5. Si Christus quatenus homo & minor Patre dicitur Paracletus; alium Paracletum debemus dicere (ait) Spiritum Sanctum, scilicet, aliam substantiam nempe creatam in illo. Non enim mittetur Spiritus Sanctus, nisi ratione alterius substantiæ, nempe creatæ, sibi quæ hypostaticè unita (præmittit, scint. 2. n. 3.) quæ à Patre & Filio potest separari & mitti. In illa enim (inquit scint. 3. n. 4.) delineatur Spiritus Sanctus unicus & multiplex. Unicus ratione personæ: multiplex ex substantiarum pluralitate. Hic, quatenus Iovæ, dicitur stabilis; quatenus creaturæ, seu Numen, mobilis nuncupatur, omnium artificis. Adde, scint. 4. n. 6. Mundi anima, Deus simul & creatura, Parens spirituum: producit enim Angelos & hominum animas. Scint. 6. n. 2. Ancilla est & domina ratione duplicis substantiæ. Quanta in unico furore deliria! Ex antecedenti falso quæ consequentia vera in forma & falsissima in materia! Vide quæ collegerit Zarraga in vomitam, & quanta glomerat in infaniam.

78 Prima enim causa creatura est. Iovæ non voluntas, sed caritas est: illius enim voluntas creatura censetur: ait phanaticè in Merid. scint. 1. num. 2. & 3. Hæc substantia creatæ Spiritui Sancto hypostaticè unita, quæ Numen, dicitur Coniux Iovis: & ex contubernio Iovis & Numinis oritur, scilicet, Verbum benedicti Dei & coniugis eius. In principio enim existerat Verbum, & Verbum erat apud Deum coniugem, & Deus Filius quoad Incarnationem existerat Verbum in principio: inquit in Vespert. scint. 1. n. 4. Hic vel delirus, vel hæreticus. Pater ab illo definitur in Matutin. scint. 8. n. 3. Consubstantialitatis ordinis hypostasis, ex qua necessario infertur filius & coniux. Filius autem: Consubstantialitatis ordinis hypostasis, quæ ex patre vel matre necessario & immediate infertur, ac ex illa coniux. Optima atque plausibilis diffinitio, quæ differentia constitutiva sumitur ex prædicatis necessario consequentibus. O bonum ingenium! Quænam ergo diffinitio coniugis? Mirifica. Oblitresce. Consubstantialitatis, nimirum, ordinis hypostasis. Papæ! Genus in diffinitione Patris & Filij est tota diffinitio imaginariæ coniugis. Quam exactè æmulatur Aristotelem! Tam Pater, quam Filius erunt coniuges; igitur uterque in diffinitione est hypostasis ordinis consubstantialitatis. Dei ergo Filij humanitas agnoscitur figura substantiæ Numinis, portans omnia verbo virtutis sue: subdit in Vespert. scint. 1. num. 1. & scint. 2. num. 1. sic accessit: Quia Numen ex quinque spiritualibus potentijs constat, nempe, sensus, intellectus, voluntas, memoria, & virtus operativa ad extra (alia concordantia, etiam Nebrifensi ignota) Christi animam, utpotè ei similem componere decreveras. Quoad sensum inquit: Quis non videt in

Sacrillegi.

Delirium.

Morphemicius in Spiritum Sanctum.

Mix & in Patrem, & in Filium.

Ja.

facra pagina speculo non solum Angelos, sed ipsamet Numen pastionibus affectum, & affectionibus rationalibus subditum? Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. O præclarum virum! Nec constringitur catenis, ut intellectus evigilet stridore vexationis! Adhuc desipit: igitur scint. 1. num. 2. indulgentiæ velantæ stimulus, effudit: Spiritus Dei, utpotè Dei voluntas ferebatur super aquas sapientiæ, in quarum speculo omnium fieri possibilem imagines contemplans, intellectualiter dixit: Fiat lux hominis: & ortum duxit humanitatis Dei Filij notitia, quæ dicitur Verbum, ac univorsorum censetur idea in mente Numinis. Christum coronat, cuius humanitati omnis potestas in cælo & in terra conceditur, dum caput constituitur, & ad dexteram creatæ Numinis substantiæ collocatur. Sit enim à dextris virtutis Dei. Ita in Meridian. scint. 6. num. 6. Vahl potius, væ. Hæc & alia balbuti dignissima virgæ censoria. Quantum auguror, mihi haud creditur Zarraga ita sentire; sed tantum intendisse laevo levis cranci ratiocinio, linguam magnificare, vigilem dormire, & quam otiosum fuisse, cunctis ostendere; an ab auribus sibilo, vel poppyfmate recipere.

Verus inopes rerum, nugeque canora.

Uti dicebat Horatius de Arte, v. 322. Occurrit illud D. Thomæ, 1. part. quæst. 3. art. 8. in Dimandam (qui Deum posuit materiam primam) dicentis: Stultissime posuit. De Almerico asserente Deum esse animum mundi, dixit cap. Damnamus, Coquil. Lateran. Cuius mentem sic pater mendacis excecavit, ut eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quam infana: Zarragæ autem infana & hæretica.

79 Parcus ista, dicit ille. Censuram præcavet. Abstineamus ergo (ait in Meridian. scint. 4. num. 1.) ab omni censura quarumlibet opinionum nondum ab Ecclesia præscriptarum. Haud à fidei Quæstoribus liber procriberetur infamî appensus columnæ; modò sanam doctrinam, ut par erat, contineret. Cavet notam quia timet virgam. Conformia plura dixerunt hæretici, iam ab Ecclesia damnati. Non est periculum in censura. Quod ille dicit opinionem, nostrates appellant hæresim; quam quidem à fidelium cordibus fides Petri eliminavit, uti videbimus infra. Ergo in libramen proferamus, uti canit Horat. de Arte, v. 138.

Quid dignum tanto ferat hic promissor biatu.

Ita enim probat bombalobombax dicibula, somnia vera. Nulla (inquit in Meridian. scint. 4. num. 2.) subsistere potest supernaturalis substantia, nisi in alterius naturalis substantiæ subsistentis hypostasi: sed prima creatura supernaturalis substantiæ agnoscitur, quæ utpotè omnem facturam absolutè præcedens, in nullius facturæ naturalis substantiæ hypostasi subsistere valuit; ergo alicui ex tribus essentialis naturalis substantiæ personis creatur unita: cum ergo hæc in Spiritu Sancto creata declaretur (iuxta illud Eccli. 1. 9. Deus ipse creavit illum in Spiritu Sancto) Numen essentiali coniugi hypostaticè apparet unitum. En arx totius delirij: & ex collectione patet, Numen non esse illud unum ex substantia supernaturali creatæ & subsistentia increata Spiritus Sancti; sed substantiam præfatam esse Numen solummodò: igitur infert: Ergo Numen essentiali coniugi hypostaticè apparet unitum. Ergo iam ante huiusmodi unionem erat Numen. Identidem aberrat. Quis enim materiam primam appellavit Numen? Numen, quæ propè nihil, & qua inferius nihil est! At hoc infra ex Augulino videbimus, n. 108. Satis utique fit, negando maioris suppositum; scilicet, substantiam supernaturalem, scopum totius infanæ lucubrationis. Potest dari, uti datur, substantia completa rationalis (hoc est, intellectualis, vel intellectiva) incorporea, ut patet in Angelis; & probat D. Thom. 1. part. quæst. 50. art. 1. verum iniciari debemus substantiam supernaturalem, cœviam Numini, ab initio creatam, Spiritui Sancto unitam, per quam omnia facta sunt. Per partes igitur demonstrabo.

80 Substantia supernaturalis creatæ nec facta est, nec possibilis est. Si possibilis fuisset, esset: si facta non est, ut revera non est facta; non est possibilis. Debebat esse actus purus illa supernaturalis substantia; quod repugnat, quia creatæ: siquidem haud possibilis creatæ substantia omnino simplex, cum quicquid creatum habeat potentialitatem; igitur etiam perfectissima esset, respectu simplicitatis Dei haberet aliquam compositionem: quam quidem imperfectionem signat Zarraga in illa substantia supernaturali chimerica; equidem licet dicat incorpoream, dicit etiam materiam: imò materiam primam, quæ non solum dicit potentialitatem; sed est ipsa potentia & pura potentia, ut dicunt Philosophi. Quod esset actus purus, constat ex eo quod naturaliter videret Deum necessario, sicut intellectus illustratus lumine glo-

In Christum & Angelos.

Horat.

D. Thom.

Cautio Zarraga.

Horat.

Fundamentum ineptiarum eius.

rix.



ria, necessario Deum videt; ut cum D. Thoma, 1. p. *quæst.* 12. *art.* 5. dicunt Theologi; de quo etiam Eximius Doctor, de *Deo trino & uno*, lib. 2. cap. 17. igitur haberet essentiam divinam pro obiecto visibili proprio & connaturali; quia ex suppositione per sua naturalia, nulla tunc creatura existeret similior Deo, in his quæ propria Dei. Proprium enim Dei est, qui est actus purus, habere essentiam divinam pro obiecto visibili proprio & connaturali; quippe substantia eius est intellectus eius: quod quidem totum repugnat substantiæ creatæ ex vi suæ naturalis virtutis: in quibus de causis uti non possibilis repugnat substantiæ supernaturalis. Deinde: hæcne substantia, si possibilis, non solum Deum videret, sed esset ex natura sua beata & impeccabilis, propter summam similitudinem cum Deo in proprijs Dei attributis: deberenturque ei huiusmodi dona ratione beatificæ visionis connaturalis supernaturali substantiæ; ut idem observat, *Metaph.* disp. 35. sect. 1. Præterea: Visio beata est simpliciter & absolute supernaturalis: substantia illa, supernaturalis etiam supponitur. si visio beata non connaturalis intellectui creabili, quia hic naturalis & illa supernaturalis respectu intellectus; deberetur protecto illi substantiæ chimericæ visio beata, quia ex natura sua supernaturalis existebat: visio tunc non erat superioris ordinis, quod repugnat. Repugnat, tum quia illa substantia intellectiva non posset attingere Deum, nisi per medium cognitum; quoniam creatora non cognoscit, nec potest cognoscere naturaliter ultra modum suæ substantiæ: quæ sane cum naturalis sit, nequit supernaturalis esse, neque capax visionis supernaturalis. Tum etiam, quia intelligibilitas Dei est iuxta modum essendi ipsius Dei: etenim aliter non potest intelligi. Unde cum altioris sit ordinis, quippe ens à se, & debeat dari proportio inter intelligibile & intelligentem: nullaque sit inter modum essendi Dei, obiecti intelligibilis, & naturæ, seu substantiæ intelligentis; nequit naturaliter cognosci à substantia illa creata, etiam si naturaliter supernaturalis.

81. Uterius: Accidens connaturale subiecto, sequitur modum essendi, qui est in subiecto. Omne subiectum creatum est ens in potentia, & finitum. Quomodo accidens non proprium in subiecto finito, poterit representare actum purum & infinitum? Quomodo ulla substantia creata, cui connaturalis sit visio Dei intuitiva, ut Deus est; quod ei competeret ratione supernaturalitatis? Sicut repugnat connaturalis visio Dei intuitiva, ita repugnat supernaturalis substantia. Vide Pavonium in *Theolog. natur.* 1. parti. dist. 5. à num. 33. & part. 2. distinct. 4. num. 1975. & Angel. Mag. 1. p. q. 12. art. 4. & 5. & 1. *Contr. Gentes*, cap. 52. Rursus. Creaturam videre Deum (quod quidem potest, quippe obiectum commensurationis, si creatura intellectualis, illustrata lumine gloriæ, quo videtur lumen, & Deus ut Deus est, quod visio intuitiva dicitur: igitur anima & intellectus spirituales sunt, ut illa visio; & etiam visio finita est, ut est anima) Creaturam (inquam) videre Deum posse, astruunt iurè Theologi: *Ea tamen que potest* (ait) Augustin. 12. *Civit.* cap. 1. *non ex seipsa potest; quia ex nihilo creata est: sed ex illo, à quo creata est.* Illam substantiam supernaturalem phantasticam, etiam non factam, quia ex nihilo nihil fit; fatetur Zarraga creatam ex nihilo. Unde ex seipsa non habet videre Deum, sed ab illo qui creavit ex nihilo: at si esset supernaturalis, ex se haberet videre Deum, uti demonstravimus; ergo si ex se non habet, nec potest habere, quia ex nihilo, ut creatura, illa substantia possibilis non est.

82. Universum orandum erat (ex suppositione, quod illa ante omnia) substantia intellectiva in materia, nimirum homine: etiam substantia intellectiva immateriali, scilicet Angelis: qui licet immateriales, non sunt simpliciter substantiæ, cum detur in illis compositio sive ex esse & essentia, sive ex natura & supposito, sive ex genere & differentia, sive ex subiecto & accidenti: ideoque medij dicuntur inter Deum, simplicem, & immaterialem substantiam; & inter hominem substantiam spiritali atque corporeâ constantem; sicut ipse homo dicitur medius inter Angelos & substantias tantum corporeas, utpote creatura ex spiritu & corpore constituta: cap. *Firmiter de Trinitate*. Quorsum scilicet univervo, composito aut componendo, illa substantia supernaturalis, quæ dicitur Numen? Ut in univervo esset maxima similitudo Dei? Negatur huiusmodi gradus uti impossibilis à Theologis (Vide Suarium in 3. p. D. Thom. q. 1. in *Comment.* ad 1. argument.) quia non necessarius ad universi perfectionem, imò impossibilis: & quia sic vel daretur processus in infinitum, siquidem ultra illam chimericam substantiam quibat Deus eminentiorem creare; & quibusvis creatis, etiam aliæ perfectiores erant possibilis: vel perveniret creatio in summum (quo exhauriretur potentia) quod quidem in Creatore nequit esse: solummodo exhauritur potentia Patris in Verbo, quod est plena

Non est possibilia substantia supernaturalis.

Metaph. disp. 35. sect. 1.

Augustin.

Augustin.

Creatura naturaliter non potest videte Deum.

Augustin.

Natura Angelica media inter divinam & humanam.

Summa similitudo cum Deo, creaturae repugnat.

genitoris imago. Hinc Ambrosius lib. 10. in *Luc.* cap. 22. inquit: *Non ergo aequalitatis homini ad Deum, sed similitudinis amulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem.* Sic Paulus, Coloss. 1. 15. dicit: *Qui est imago Dei invisibilis.* Non quia Verbum sit imago Deitatis; sed quia per appropriationem nomen Dei simpliciter prolati de Patre accipitur. Quod intelliges illud eiusdem: *Figura substantiæ eius.* Ubi ly *Eius* non ad Deum, sed ad Deum Patrem referendum; quasi Verbum sit figura substantialis Patris propter expressam in se paternæ claritudinis unitatem. Ita dicitur in fidei Symbolo: *Deus de Deo. Deus ibi haud supponit pro Deitate, sed pro persona Filij, qui Deus est: sicut De Deo pro persona Patris, à quo Verbum procedit, & cuius processio est vera generatio & propria: ideoque dicitur Filius Patre genitus; non Nominaliter* (ut impie dicit Zarraga, *Matutin.* scint. 5. n. 7. dixeruntque Ariani vocantes Filium Magnum Deum, sed non de Patris substantia: vid. Alphons. à Castro *Advers. heres.* lib. 5. liter. D. & Vellostill. *Advertent. Theolog.* in Tom. 2. *August.* quæst. 4.) sed verè ac proprie *Deus verus de Deo vero; genuitus, non factus.*

83. Adhuc concessio supposito, maior syllogismi falsa est; nimirum, nullam substantiam supernaturalem posse subsistere nisi in alterius naturalis substantiæ subsistentis hypostasi: ideoque quia non erat substantia naturalis creata substantiæ (quippe ante omnia) necessario subsistere debebat subsistentia alicuius personæ divinæ: quæ protecto non alia, nisi Spiritus Sancti, quia in illo creata. Illa substantia impossibilis, si possibilis; per se subsistere quibat. Ad scholas denud eundem. A Zarraga dicitur illa substantia completa. Ut substantia sit completa non in esse naturæ, sed in esse substantiæ; requiritur, quod sit per subsistentiam terminata: igitur per illam completur in esse substantiæ, seu in linea substantiæ (uti dicunt Philosophi) seu in esse suppositi: ex utroque enim resultat unum per se substantiale: ideoque dicitur, substantiam esse per se positivè, ad quam sic sequitur inexistentia in alio. Quis cogitavit substantiam completam sine complemento substantiæ, proveniente à subsistentia? Si iam erat in esse suppositi, quia completa; quorsum alia subsistentia constituens suppositum, cum effectus subsistentie sit reddere positivè substantiam alteri subsistenti incommunicabilem? Per quam subsistebat subsistentiam? per propriam, vel per alienam? Si per alienam, antequam ab illa terminaretur, nequibat esse completa substantia. Si per propriam, nequibat esse terminabilis per aliam subsistentiam. Unde perperam hypostaticè uniretur personæ Spiritus Sancti per quam subsisteret; modò antequam hypostasi huius subsisteret, esset completa in linea substantiæ. Patet in unione hypostatica Verbi, equidem humanitas Christi haud propria subsistit subsistentia, vel completa in esse naturæ: quia subsistit hypostase Verbi: aliàs Christus non esset una persona, sed duplex, cum duplici natura, quælibet suapte subsistentia subsistente.

84. Uterius: Quia non erat substantia creata, cuius subsistentia posset subsistere illa chimerica supernaturalis substantia, cum esset ante omnia; subsistere debuit hypostase substantiæ essentialis, Spiritus Sancti, nempe. An de perfectione est supernaturalis substantiæ, non subsistere subsistentiæ propria? Illa non esset perfectio, sed imperfectio summa. Si aliz substantiæ, etiam non ita perfectæ, per se subsistunt; illa Zarraguina, supernaturalis, completa, à Deo creata, per se subsisteret, eique daret subsistentiam, qui essentiam & existentiam dedit. His proteruntur tot tormenta ineptiarum à Zarraga ibi congesta, quorum pudet vel referre; quia cramben recoquit, canit & occinit. Suffragor enim ficine illius sententiæ: *Perfectio illa substantia tot muneribus cristata, non subsistebat, quia non existebat in rerum natura.* Aliquibus Theologis placuit, de potentia Dei absoluta posse substantiam non completam conservari absque ulla sua, vel aliena subsistentia: Caietan. in 3. part. *quæst.* 4. art. 2. refertque Suarius, *Metaph.* disp. 34. sect. 7. à n. 25. Minus perfectò difficile, conservari sine subsistentia; quam subsistere completam substantiam, per alterius substantiæ subsistentiam: igitur vel non esset completa in esse suppositi, vel non esset constituta in esse incommunicabili; quod implicat. Si illa substantia supernaturalis per se uti completa subsistit, diffiatur unio hypostatica Spiritus Sancti: si propria subsistentiam non habet, imperfectior est naturalibus inferioribus substantijs, quæ per se subsistunt: ille astruit *Meridian.* scint. 4. n. 2. *Nulla in rerum natura collocatur substantia absque hypostasi ulla.* Ubi erat illa supernaturalis substantia? Faceri debet Zarraga in huiusmodi anfractu vel substantiam incompletam, vel illius subsistentiam propriam. Si primum, quomodo completa substantia? Si

Ambros. Christus cur plena imago Dei? Coloss. 1. 15. Hebr. 1. 3. Nomen Dei simpliciter pro Deo Patre.

Si possibilis substantia supernaturalis, per se subsisteret.

Vel non esse completa.



secundum, quomodo terminabilis aliena Spiritus-Sancti subsistentia? Ex repugnantis sequitur quodlibet.

85 Respondet Zarrag. ibid. scint. 2. n. 4. & scint. 3. n. 2. & 3. illam substantiam supernaturalem completam à Deo in principio creatam, & hypostasi Spiritus Sancti unitam, esse materiam primam, seu materiam primam. Depontane senex, materia prima, substantia completa, & substantia supernaturalis? Fuge, fuge, ne vel in schola bardus candidibus pluat. Materia prima, est pura potentia, prius natura quam uniatu forma, subsistit propria partiali subsistentia, quam ex se habet. Ita D. Thom. 3. part. quest. 6. art. 4. ad 3. & Suarius hic, disp. 17. sect. 2. Ergo iam haberet subsistentiam. Si completam quæris à forma, ergo illa supernaturalis substantia, priusquam terminaretur, erat incompleta. Quæ forma huius substantiæ? Forma Numinis? Iam illam substantiam fateris Numea (ut vidimus, n. 79.) priusquam Spiritus-Sancti uniretur hypostasi. Spiritus-Sanctus geret vices formæ: Annuis. si mundus per te est huiusmodi substantia, quippe factus ex materia prima & primæva; hoccine embolium nomine Numinis appellas animam mundi, de quo infr. n. 94. Insanis Pulica, insanis: dicam cum Mantuano, Eclog. 6. v. 224. sed non respis: dicit enim ibid. scint. 5. n. 3. Sine materia Deus operari nequit, quia actio supponit materiam: & cum Deus ut ens careat materiâ; prima causa & principium mobile & materiale debet esse creatura, in cuius contubernio, ex quo Numen (quomodo Numen ex hoccine contubernio, si prius erat, quam daretur unio?) cuncta fiant: igitur nequit operari ad extra sine substantia creata, hypostaticè assumpta. Quid in his verbis intolerabilius iudicem (dicam cum Bernardo, Epist. 190.) blasphemiam, an arrogantiam? Quid damnabilius; temeritatem, an impietatem? Inquiri: Dum Deus creavit huiusmodi substantiam operatus est ad extra? Fateberis: ergo sine huiusmodi substantia, quæ materia prima, operatus est: nequibat illa esse antequam esset. Quomodo ergo Deus sine materia, illam operatus est, si vera fuit actio, & omnis actio supponat materiam. Creatio mi homo cum sit ex nihilo, nihil supponit: Deusque minime dependet in operationibus à materia, nec dispositione subiecti. Deinde: per te quomodo infexerit, qui non fuerit Vadianus, vel Antropomorpha, de quibus agunt Bernard. à Lutzeburg in Catalog. heretic. Castro advers. heres. lib. 5. liter. D. & Petrus Annat. in Theolog. positivo. lib. 7. Ex qua ergo classe mi Zarraga? Si exceptio regulæ firmitat regulam in contrarium, & Deus ut ens caret materiâ; habebit prorsum in alijs, præter acceptiorem entis. Deliras insulse. Alia infra.

86 Hæc supernaturalis completa substantia, quæ materia prima (plorabimus, vel ridebimus?) in Spiritu-Sancto creata, illius hypostasi constituitur unita. Etsi non habeamus alium Deum (mirum, quod non dederit, qui invenit Deum ut Iovem, distinctum à Deo uti Numine. Vult novus auctor haberi.

Cura viris levibus rerum solet esse novarum. Dicit Mantuanus, Eclog. 10. v. 154.) Verum titillatio pupugit. Pruriebat: penè moti sunt pedes. Vox cerebro placuit, & in blasphemiam impulit: igitur Meridiano (non splendore, sed demonio) scint. 5. num. 5. pro Dux, Princepsve Monachorum, profert Benedicimus Monachorum Deus. Nec plausus Divi sine nota? Quid ille, si ita offendit, vel dum blandit? Benedicimus Monachorum Deus! Novatores per iocum ita vocant Benedicimus. Ad Bellarm. Tom. 1. Controv. lib. 2. Etsi non habeamus (inquam) alium Deum; habemus tamen iam aliud, quod Deus dicatur, & singulariter: equidem cum nullo modo ferri possit, quod Deus in compositionem alicuius veniat, nisi per unionem hypostaticam, ut astruit Suarius; de Deo trino & uno, lib. 1. cap. 5. à n. 8. concessa fuit unio hypostatica Spiritus-Sancti illi chimericæ substantiæ, nimirum materiæ primæ. Dixi meditatè singulariter, quoniam si Verbum divinum assumptum sibi humanitatem, id est, corpus & animam hominis inter se unita, quo complectur substantia in esse nature, seu in vi essentia; Spiritus-Sanctus iam sibi hypostaticè assumpserat materiam primam, quæ est pura potentia, ut videretur compositio substantialis singularis nunquam visa, nec audita, imò nec cogitata, Dei videlicet, qui est actus purus, & illius substantiæ, quæ pura potentia. Quid singularis? Estne, vel quit esse aliquid magis novum? Nec magis insanum, In rebus (inquit D. Thom. 1. contr. Gentis; cap. 43.)

Materia prima non est substantia completa, nec supernaturalis.

Mantuano.

Bernard.

Deus operatur absque materia.

Mantuano.

Ridicula expositio ex actu puro, & pura potentia.

D. Thom.

invenitur aliquid, quod est potentia tantum; & hæc est materia prima: & aliquid, quod est tantum actus, ut Deus. Plaudamus Zarraginum ingenium, eò quod invenerit compositum substantiale impossibili nexu, ex pura potentia atque purissimo actu. Nunquam sic locutus est homo. Alia num. 104. & 108.

87 Unde ergo huiusmodi delirium? Quia dicitur: Deus ipse creavit illum in Spiritu-Sancto. Heus tu, amice palæophile imò, anteaophile, callens quid lano fabulata cum Iove, & quequid hic lillevit in aurem; de quo est sermo in præfenti testimonio De Sipientia. Quo fulcro retorques ad materiam primam, quam dicit supernaturalem completam substantiam? Supernaturalis substantia, materia prima, est sapientia? Sapientiam creatam in Spiritu-Sancto variè deliciant Expositores: primò pro sapientia creata, secundo pro sapientia notionali increata, denique pro sapientia incarnata. Confule Raban. Maur. Holcot; Hugonem, Lyran. Corncl. lantem. Alapid. & Pinnam hic. In quacunque acceptione ridenda est expositio Zarraguina. Sapientia creata, sive fumatur pro cognitione sublimi universalium, sive pro excellentiore scientia, sive pro iudicio speculativo scientifico, sive pro cognitione causæ supremæ (de quo videtis Pavonium, in Theolog. natur. part. 2. distinct. 4. num. 1930. 2058. 2060.) accidens est. Unio hypostatica num decens in accidente? Quis vidit huic simile? Quomodo constabit compositam substantiale? Ex hypostate divinx personæ & accidente? Pictura sane Bofchi. Si accipitur de sapientia notionali, nec est creata, nec in Spiritu-Sancto; imò Spiritus-Sanctus ab hac sapientia, filio simul cum Patre uno Spiritus-Sancti principio. In Spiritu-Sancto nullo modo hæc sapientia creata, quinimò nec à Patre in Spiritu-Sancto genita, nisi lato modo; de quo ingeniosè Suarius, de Trinitat. lib. 9. cap. 4. num. 4. quo intelligitur illud Angel. Præceptoris, 1. part. quest. 34. arte 1. ad 3. ubi: Eo modo quo dicitur res in Verbo Intellecta, collibet persona convenit dici: Pater enim intelligendo se & Filium & Spiritum-Sanctum, & omnia alia quæ eius scientia continentur, concipit Verbum. Ut sic tota Trinitas Verbo dicatur, & etiam omnis creatura, &c. Idem Augustin. lib. 7. de Trinitat. cap. 1. & 3. quæ de causa lib. 15. cap. 13. & 14. vocat Verbum Patris Verbum adæquatum. Denique: Substantia illa, quæ Sapientia, si notionalis est, & creata in Spiritu-Sancto (præter suppositum falsum, & implicatio-nem terminorum) erit Verbum Dei, & non erit Verbum Dei. Erit, quia Verbum Dei est sapientia notionalis. Non erit, uti pon est; quia Verbum Dei propriam hypostasim habet, quæ incommunicabile alij, tanquam supposito. Illa Sapientia, quæ creata in Spiritu-Sancto, Spiritus-Sancti subsistit hypostasi in sententia Zarraguina. Ergo Verbum, sapientia Patris in Spiritu-Sancto creata, subsistit personata Spiritus-Sancti subsistentia. Tunc ubi Trinitas? Haud aliud effugium, nisi negare Siracidem non loqui de sapientia; quod quidem falsum, ut patet. Quavis sic esset, Zarraga præclusus iacere equidem, Meridian. scint. 3. num. 3. subdit: Hæc substantia prima creatura vocatur sapientia Dei. Pendendum, in quem statum redigat Dei sapientiam. Ellicboro indiget. Sapientia incarnata est Christus Dominus in natura humana subsistens Verbi hypostate; cuius profectò humanitas non creata in Spiritu-Sancto, nec huius hypostate subsistens: genita quippe in & ex Maria Virgine modo supernaturali: Quod in ea natum est, de Spiritu-Sancto est: Matth. 1. 20. Non in Spiritu-Sancto, sed De Spiritu-Sancto; quippe modus ille concipiendi singularis fuit Spiritus-Sancti virtute, non per proprietatem, sed per appropriationem, sensu quo Virgini dictum: Spiritus-Sanctus super-veniet in te: Luc. 1. 35. de quo egimus Tom. 2. Tautolog. 2. num. 19. Tota invisibiliter Trinitas conceptione operata est, uti opus Trinitati commune; sed specialiter tribuitur Spiritui-Sancto, quippe opus amoris; de quo D. Thom. 3. part. quest. 32. fusc. Unde Ly De Spiritu-Sancto intelligendum est, ex Spiritu-Sancto; uti observant Ambros. lib. 2. de Spiritu-Sancto. cap. 25. & de Augustin. de Natur. boni, cap. 27. Non De proprie, quasi corpus Christi Spiritui-Sancto consubstantiale; sed Ex propter munus formationis, & conceptionis singularis. Non De, quia non de Spiritu-Sancto substantia, sicut nec Christi substantia in Spiritu-Sancto creata, ut delirat Zarraga, quia ex ly In insert in substantia chimerica unionem hypostaticam Spiritus-Sancti; Christusque non subsistit nisi Filij Dei hypostasi, quæ naturalis filius Dei.

88 Verum audiendum ab illo (qui renuit egens Anticyras petere; I, bibe, dixistis, purgantes pectora succos, Quequid & in tota nascitur Anticyra.)

Cur illa celebris sistrata substantia creata fuerit & unita hypostasi Spiritu-Sancti, & non Tom. V.

Ecclesi. 1. 9.

Quid sit Sapientia

D. Thom.

Matth. 1. 20.

Christus quo modo conceptus de Spiritu Sancto

Ovid.

Pæ